GRATIANUS
Admont, 2. Hälfte 12. Jh.
Seite 105v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25944
Copyright: Admont, Benediktinerstift

.V. Q.

Qui aut sortilegi et diuini si cessare noluerint excomunicandi sint. ratione et auctoritate probat. Est enim quidam genus cultus ydolorum. ex demonum consultationibus futura predicere. Sicut enim auari quicumque deo debitum numum impendit ydolorum cultor ab apostolo notatur. sic illi qui futura quasi ex diuino oraculo non nunquam reuelata inueniunt. et demonum consultatione et quibuslibet prestigiis inuenire laborant. diuinitatis iura creatis attribuunt. Futura n. presciere soli deo. quia in contemplatione sui et angelos illa presciere facit. Vnde ysaias ait. Prona et nouissima annunciate mihi. et dicam quia dii estis. Cultores uero ydolorum a fide uniuersali communione separandi sunt. Vnde apostolus ait in epistola ad corinthios. Siquis frater nominatur fornicator aut auarus aut ydolis seruiens. cum eiusmodi nec cibum sumere. Hinc in decreto gregorii minoris legitur. Anathema sit quicumque ariolos et

Siquis ariolos. aruspices. et incantatores obserunt. aut incantatores o philacteriis usus fuerit. anathema sit. Item ex concilio carthaginensi cap. xxxx. iii.

Quinquennio penitent qui diuinationes expetunt. x.

Qui diuinationes expetunt. et more gentilium subsecunt. et in domos suas huiusmodi homines introducunt. exquirendi aliquid arte magica. aut expiandi causa sub regula quinquennii iacent. secundum gradus penitentie constitutos. Item ex concilio laodicensi. cap. xxxx.

Sacris officiis dedicatis

Non oportet sacris officiis deditos magi et incantatores fiant. xi. et clericos. magos aut incantatores existere. aut philacteria facere. que animarum suarum uincula appellantur. Item ex toletano concilio iii. cap. xxx.

Siquis epc. aut pbr. Honore priuetur epc et pbr. quia magos et aruspices consultat. diaconus et quilibet de ordinibus clericorum. aruspices aut incantatores xii. aut ariolos. aut etiam augures aut sortilegos. et quicumque artem magicam aut aliquis eorum similia exercentes consuluisse fuerit deprehensus. ab honore dignitatis sue suspensus. monasterii curam excipiat. ibique penitentie perpetuae dedicetur. scelus admissum sacrilegium soluat. Item ex agathensi concilio cap. xxxx. viii.

Sacrilegium

Aliquis clericus siue laicus student auguriis. et sub nomine fidei religionis pretas quas secum sortes uocant diuinationis scientiam profitentur. aut quorumcumque scripturarum inspectione futura promittunt. Hoc quicumque clericus aut laicus deceptus fuerit et consulere. et docere. habeatur ab ecclesia extraneus. Item leo iii. episcopis brit

Ad. S. ii. Q. viii. C. ii.